

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Gula n
cum fonte primo

Non ad conflictum
spiritualis agonis assurgitur, si non prius
intra nosmetipsos hostis positus, gulae
uidelicet appetitus, edomatur; quia si non
ea que nobis sunt uiciniora
prosternimus, inaniter ad ea
que longius sunt impugnanda
transimus. Incassum namque contra
exteriores inimicos in campo bellum
geritur, si intra urbis menia ciuis
insidians habetur.

Gregorius libro XXX. moralium.

Neque enim ad conflictum
spiritualis agonis assurgitur, si non prius
intra nosmetipsos hostis positus, gulae
uidelicet appetitus, edomatur; quia si non
ea quae nobis sunt uiciniora
prosternimus, nimirum inaniter ad ea
quae longius sunt impugnanda
transimus. Incassum namque contra
exteriores inimicos in campo bellum
geritur, si intra ipsa urbis moenia ciuis
insidians habetur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 30,
18 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1530, ll.23-29).